Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

1637. Zamiana dóbr ziemskich między rządem austriackim a właścicielami prywatnymi przeprowadzona z początkiem XIX w.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Copia ad N^ro 11508/806 1

[BIB]LIOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. CZOŁOWSKIEGO
Nr. rękopisu 1637 / III

Potocki

(kameralne dobra Rzydow)

Praes: 2 Aprilis 805. N^ro 11126 = Ad Excelsum Cas. Reg. Forum Nob: Tarnoviense Declaratio ad N^m 15717. 804. Deputationis Creditorum et Curatoris Bonorum Massae Cridariae Joachimi Com: Potocki contra Fiscum Reg: nomine summi Aerarii agentem, in objecto Intabulationis Contractus Permutationis ratione bonorum Salinarium Bolechow cum summo Aerario initi; – Deputatio Creditorum et Curator bonorum Massae Cridariae Joachimi Com: Potocki ad Petitum Fisci Reg. nomine summi Aerarii agentis, ad Excelsum Forum Nob: Leop: sub praes: 9. 9bris 803. tum Remonstrationem ejusdem Fisci Regii ad Excelsum Consilium sub praes: 14. Xbris 804. in Objecto Intabulationis Contractus Permutationis bonorum Salinarium Bolechow inter Massam Cridariam Joachimi Potocki et summum Aerarium initi, exhibita – in sequelam Resolutionis Excelsi Consilii dto 16. Januarii 805. se declarant – Fiscus Regius in suo petito ad Excelsum Forum Nob: Leop: sub praes: 9. 9bris 803. N^ro 24995. exhibito – praetendit – ut a) Massa Cridaria Joachimi Potocki pro haerede bonorum Libusza, Kryg, Racławice, Rozenbach, Sitnica, Stróży, Krupienniki, Siepietnica, Binarowa, Moszczenica, Krzepienniki, Strzyżewski & Kaczpienniki Moraczewski intabuletur – b) Ut summum Aerarium pro haerede bonorum Bolechow Ruski, Bolechow Wołoski, Dolskie, Polanice Brzaza, Sukiel, Chaszczowata, Taniawa, Kiernica, Łakawica, Cerkowna, Sloboda, Łuczki, nec non omnium in perceptione horum bonorum receptibilium Salis coctorarum intabuletur. c) Ut massa cridaria pro haerede bonorum Oświęcim, Pobuk, Łyki, Horodło, Łuskow, Chełmiec Strugi, Kozięłow, Dryszkowa, Cucułowce, Żurady, Przerany, Wolczowice, et Berezinica intabuletur

intabuletur - d/ ut Obligatio Massa Cridariae Joachimi Potocki, omnia onera fundi bonorum, ad a et c. specificatorum ferendi, quod onus super bonis ad a/. et c/. specificatis intabuletur - e/. Ut obligatio Massae ejusdem servandorum Contractuum locati conducti, ratione bonorum ad c. specificatorum a summo Aerario initarum super bonis ad a/. et c/. specificatis intabuletur - f. Ut obligatio Massae ejusdem evictionem ratione Bonorum Bolechow summo Aerario praestandi, quod onus super bonis ad a/. et c/. specificatis intabuletur - g/ Ut onera super bonis Bolechow intabulata ad bona ad a/. et c/. specificata transferantur - Praeter istas praerequisitas Fisci Regii praetensiones Fiscus Regius in sui remonstratione ad Exelsum Consilium sub praes: 14ta Xbris 804. exhibita, haec Essentialia superaddit - quod h. Massa Cridaria Obligationem ferendorum Onerum fundi Bonorum ab Aerario acquisitorum in se assumptam super bonis Libusza intabulari curare obligetur - i/. Quod haec Massa Jura sua ad villas Czerkowna, Słoboda, et Lużki prorsus competentes intabulari curare obligetur - k/ Quod, sicuti omnis Venditor, ita etiam Massa Cridaria, quae summo Aerario bona Bolechow cum Attinentiis resignavit, Intabulationem Contractus Resignationis pro se summe procurare obligetur - l/. Utrum onera super bonis Bolechow intabulata simpliciter extabulari possent. Super ejusmodi petito, et remonstratione Fisci Regii, quorum passus nox recensiti, Deputatio et Curator bonorum de passu ad Passum, hunc in modum se declarant - ad a

Intabul

Intabulatio Contractus Permutationis in Statu activo super bonis Libuszà cum Attinentiis – non est amplius necessaria – imo neque summo Aerario, neque Massae Cridariae utilis – Non est necessaria: quia Massa cridaria bona haec jam vendidit, pretium eorum ei solutum est, et Decreta Dominii pro re Emptorum super iis sunt intabulata – Non est utilis summo Aerario, quia summum Aerarium ex tali Intabulatione in statu activo nullum jus, nullamque pro se securitatem nancisci valet – Neque Massae Cridariae utilis quia: cum haec bona jam vendiderit, nullum pariter jus per talem Intabulationem adquirent, imo cum talis Intabulatio posterior esset intabulatione Decretorum dominij pro re Emptorum subsecuta, in lites cum Emptoribus involvi, et periculo ferendarum litis Expensarum exponi posset. – ad b/ Deputatio et Curator bonorum consentiunt, ut summum Aerarium pro haerede bonorum Bolechow cum attinentiis intabuletur, prouti etiam ipsa Resolutione A. active intabulatum est – ad c/ Iste Passus, quo ad bona Oszyim cum attinentiis Babice, Lisi, tum quo ad bona Horodło cum Surkow, Chełmiec, cum Miastow, Drzyłowa ac Berezniea per Resolutionem A. in-peratus mansit – Deinde quo ad Cewkowa, Zurady, Przany, et Pokrowce ex rationibus ad a/ adductis quaestionis Intabulatio non est necessaria – Et quo ad bonum Strugi quod attinens ad bona Chełmiec, necesse est, ut Massa cridaria Joachimi Potocki pro haerede hujus Boni intabuletur – ad d/ Massa cridaria onera fundi bonorum a summo Aerario adquisitorum ferre in Contractu permutationis sub % producto, expresse se obligavit – Sed

etiamsi

etiamsi ad id se expresse non obligasset, talis obligatio est legalis – et cuivis domino bonorum incumbit, sive itaque haec obligatio super bonis intabulata fuerit, sive non – per haeredes et possessores bonorum semper adimplebitur. Caeterum quoniam onera fundi in Actibus Detaxationis bonorum recensentur, quoniam ad Instantiam Fisci Regii Actuum Detaxationis Bonorum ut B. dispositum est, et similem Intabulationem, quo ad aliqua bona procurare Fisco Reg. liberum manet; hinc summum Aerarium, quo ad istam obligationem omnino securum est, quin necesse sit, ut Contractus permutationis super bonis a Summo Aerario acquisitis, quo ad istam obligationem in Statu passivo intabuletur – cum alioquin Massa Cridaria specialem hypothecam relate ad hunc passum pro re summi Aerarii non inscripserit – ad c. Intabulatio obligationis servandorum Contractuum Aerarialium locati conducti in Statu Passivo super bonis Osowiczim cum attinentiis, Horodko cum attinentiis, Berezniica et Chelmiec cum attinentiis – non est necessaria, quia bona haec non prius pro re Massae Cridariae a summo Aerario tradita fuere, donec Contractus locati conducti a Summo aerario initi expiraverint, ut C. D. V. J. cum itaque nemo a sum̃o aerario Contractum locati conducti, ratione horum bonorum a die traditionis Massae eorundem bonorum habere potuerit, nullus

Contractus

Contractus aderat, nec adest, qui ex parte Massa servari deberet, Obligatio itaque servandorum Contractuum, utpote non existentium cessat — ad f. Intabulatio evictionis nullo modo admitti potest, quia evictio in punctis 8.9.10. Contractus permutationis ad tres annos ab actu subsecutae altissimae approbationis ~~ad tres annos ab actu subsecutae altissimae approbationis~~ ejusdem Contractus, adeoque a 28. Augusti 801. computandos stipulata erat, cum itaque iste terminus die 28.^im^ Augusti 804. lapsus sit, cumque stante hoc triennio Summum Ærarium nullam Evictionem a Massa hac pretenderit — obligatio hujus Massa Evictionem summo aerario praestandi extincta est — ad g. Ml. Onera super bonis Bolechow cum attinentiis intabulata sunt sequentia — 1^mo^ Census annualis 180 f pro decimis Ecclesiae Parochialis Bolechoviensis — 2^do^ Suma 6000 f ejusdem Ecclesiae — 3^tio^ Summa 1000 f ejusdem Ecclesiae — 4^to^ Summa 100,000 f Stephani Skrzynski, Francisca Skrzynska Cessionarii &. 5^to^ — Summa 92997. fl. 15. Stephani Skrzynski Successorum Martini Los Cessionarii — Haec onera majori in parte jam sunt pacificata, et in residuo ex massa post Repartitionem homologatam pacificabuntur — Ideo Deputatio et Curator bonorum consentiunt: ut haec Onera ex bonis Bolechow cum attinentiis extabulentur, et ob evitandas multifarias computationes, non ad bona sub a et c specificata, sed ad Summam 1008098 f

8 1/2

8 1/2 gr. hujus Massæ propriam, in deposito judiciali Excelsi Consilii haerentem transferatur — ad h. Dicta superius ad d. huc provocantur — ad i et k. Non resignanti, non Venditori, sed emptori incumbit, obligatio Juriium cunctorum Activorum Intabulationem procurare — tanto minus Massæ Cridariæ Joachimi Potocki talis obligatio in substrato casu incumbit — quia 1o in contractu Formationis ad id se non obligavit — igitur non obligatus ex pacto — 2do Neque ex lege obligatus, quia lex talis non existit, nec citatur: his accedit, quod 3tio Jurium Oranium in possessione omnium bonorum tractus Bonachoviensis, tranquilla, et indubitata existat — De hac itaque Declaratione Fiscum Regium pro ulteriori dispositione informari supplicatur — Kownacki Deputi: Boguslawski Mns — Lobeski mne Siemianowski — Garczynski Dni Skrzynski Mns —

Declaratio hæc Deputationis et Sequestri Massæ Cridariæ Joachimi Potocki communicatur Fisco Regio in vim Resolutionis ejus Petiti pro informatione et directione eo addito, quod consentiente Deputatione

„tiono Creditorum Etabulatiorum debitorum bona Bolechow, respective Massam Cridariam Joachimi Potocki afficientium cum jam Creditores classificati sint, atque ad massam Cridariam, quae jam unice in pretio venditorum Crida„riorum bonorum consistit, regulari debeant, ex parte R. hujus fori nil obest — Decretum in Consilio C. R. Fori Nob. Tarnoviae die 14ta May 805. Winter

Cadm. i. 17. Januarii 805. Jacobi

Coll. Malz

8.

6753

1948

13954
806

BIBLIOT. OSSOLIN.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Ostatnia 17

60-102 Poznań

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.